

1633 Die 26 Martij

Ex MS Metrices Regni:

205

Summo Pontifici.

Sanctissime etc. Tot annorum laboribus con-  
fectum Religiosum Patrem Primum cuperem autem  
Patria recreari, atque adeo in deflexa, ac præcipiti illius  
estate fructum, aliquem doctrine et eruditionis gus  
in describendis nuperimo tempore rebus gestis  
de gustare. Quapropter ut istius mei desiderij  
ardentissimi Sanctitas Vestra compotem me effi-  
ciat, quam populum maxime Sanctitatem Vestram  
oro. Multa Superioribus paulo temporibus hoc  
in Regno gesta sunt, quæ ad illustrandam et am-  
plificandam Sanctam Religionem pertinent,  
quæ nisi à propinquo infantes commode referri  
non possunt. Certus sum id Sanctitati Vestram  
enixe petitioni meæ daturam, ut Vir mihi compri-  
mè carus ad Natale solum, post diuturnos labo-  
res postliminio quodammodo redeat, et in eo opera  
sua ac labores suos deponat. Quod ego inter infi-  
nita Sanctitatis Vestre erga me benevolentia  
argumenta non postremo loco reponam, quando  
Virum tam Paternæ, quàm meæ gloriæ studio-  
sum propinquius complecti, et consuetudine illius  
atque ~~lucubratione~~ frui licebit. Precor autem  
Sanctitati Vestre, ut diutissime Sanctam Ecclē-  
siam et felicissime gubernet. Neque ac Do-  
minia mea solito suo favore ac gratia tue-  
atur. Dat Cracovie Die 26. Mensis  
Martij Anni Domini 1633.

66

